

CLEMENS BAKIEWICZ

ARCHIDIACONUS CATHEDRALIS, SEDE VACANTE EPISCOPATUS

AC DIOECESIS SANDOMIRIENSIS

ADMINISTRATOR GENERALIS.

*Recensendo Iosephilo Salibowski Ecclesia
parochialis in Wola Vicaria*

Venerandum sed grave Officium Judicis, quo potestate solvendi et ligandi nobis tradita fungimur; haud aliquis recte et secure gerere valet, nisi necessariis qualitatibus praeditum se sentiat utpote: scientia, potestate bonitate et prudentia. Cum igitur his sufficienter in examine instructus ad inventus fuist, ut in plenitudine potestatis Sanctum Paenitentiae Sacramentum administrare quæst. Jurisdictionem impertimur. Liceat ergo ipsi utriusque Sexus Christi Fidelium (non tam Monialium) quovis Anni tempore in supra scripta Ecclesia, vel etiam in alia Dioecesis Sandomiriensis tantum, de licentia tamen proprii illius Rectoris, ac citra praejudicium alterius Parochiae Confessiones audire, eosque a peccatis et delictis eorum, qui corde contriti et ore confessi fuerint, etiam in casibus: Sedi Nostræ Ordinariae tam de jure communi, quam consuetudine reservatis; quorum specialis descriptio in Constitutionibus Provincialibus Lib. 4 Titt. *de Poenitentia et Remissione* continetur (omnibus tamen delictis Summo Pontifici Sanctaeque Sedi Apostolicae uti 1mo Simmoniacis, 2do illis qui suos complices in quolibet contra sextum Decalogi Praeceptum peccato, extra periculum mortis absolvere ausi fuerint, ac aliis quibusvis easibus Papalibus quomodolibet reservatis, nec non 3to Percussoribus etiam leviter Clericorum, tum 4to Homicidio voluntario, etiam 5to suppressione prolis circa vel post partum ac si causa evitandæ infamiae perpetrata, 6to Procuratione abortus etiam non secuto effectu, 7mo Crimine incendiariorum malitiosorum, et 8vo commiscentibus carnaliter Judæis maribus vel Faeminis Sedi Nostræ Ordinariae specialiter reservatis duntaxat exceptis) in forma Ecclesiae consueta absolvere, absolutionisque beneficium in foro conscientiae injuncta illis pro modo culpæ Paenitentia salutari bene visa impendere. Authoritate Nostra Ordinaria facultatem damus et concedimus. Praesentibus Litteris Nostris hinc ad decursum. *Amus Am* tantum valituris. Ut autem Officium hoc Sacerdotale quod coeteris quibusvis munis, tam quo ad populi Christiani utilitatem, quam quo ad formidandæ Sacerdotum obligationis gravitatem, longe praestat, debito cum fructu animarum ac cum plena conscientiae *Yosites* securitate administrare valeat, praemonendum duximus verbis Apostoli 1 ad Timoth. c. 4 v. 12, 14 et 16 *Exemplum est fidelium in Verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in Castitate. Noli negligere gratiam quae data est tibi, cum impositione manuum Presbyteri — attende tibi et doctrinae, hoc enim faciens et te ipsum salvum facies, et eos qui te audiunt —* Et cum Confessarius necesse est, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus, ad docendum, corripiendum et erudiendum in justitia. Haec omnia ex Divinis Scipiturs, Apostolicis Constitutionibus, Decretis Synodalibus, ac universa Theologia diligenter acquiratur et a Datore omnium Bonorum Spiritum Sapientiae (quia juxta Sap. 1 v. 4 *in malevolam Animam non introbit Sapientia*) enixe expostules. Sicque procedendo, et in exequendo, vero tam honorifico Ministerio, etiam Praescripta Ritualium, tum SS. Canonum, quo ad externa, in retenta tonsura, ac pro qualitate status vel religiositatis vestitu talari convenienti superpeliceo induit et stola superposita, in Confessionali cruce interposita (nisi necessitas aliter postulaverit) ac tempore convenienti exacte observando, ut tanti Sacramenti dignam Ministrum exhibeat et solicitudini Nostræ non exiguum levamen afferat Super quibus omnibus et singulis Conscientiam Ipsius oneramus, In quorum fidem etc.

Datum Sandomiriae die 20. Mensis Augusti 1836.

Impetrans: Casus quoque fauillæ penitentes suæ quo ad casus loci Ordinario reservatos absolvendi, debitum corrigat amissum restituendi, atque appassente celebrius in quibus l. Urtio non intercedit, benedicitur.
C. Bakiewicz Administr.

During the time of the

French Revolution, the

French government was

unable to pay its debts.

The government had to

print more money to

pay its debts, which

caused inflation and

hyperinflation.

Hyperinflation is when

the value of a currency

decreases rapidly over

a short period of time.

Hyperinflation can lead

to economic collapse and

political instability.

Hyperinflation is a serious

problem that must be

addressed by the

government to prevent